Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



preterfluit secutus Ibi vltimum valedicturus figit gressum
tunc vnus alteri incumbit alternat osculum inge-
minat amplexus singultibus communicant singul-
tus suspiriis suspiriis lacrimas lacrimis admisceri.
Sicque alter ab altero dum deficit se reficit et refec-
tione amici amico refecto generat Sed ibi suspiria
tot lacrime quod singultus ab ymo pectoris vtroque
eruperint quis enumeret Tandem vero post longum
temporis spacium vltimum illud vale facientes virgilius
dimidium anime sue commendat legatis reuertitur
ad vrbem Dimidia autem partem anime sue lucinio de-
reliquit lucinius non itinere suo pergens non minus
se dolore virgilio suspiriis ac lacrimis testabatur
militibus retrouersis in itinere sustiterunt vt sal-
tim se mutuis oculorum aspectibus reuiderent tam
diu enim in certo pede quisque itinere ancipiti vectus est
quo vsque montis moles interposita alterius alterius
aspectibus defraudaret Sicque ad vrbem ille vero
ad priam repedaret

16. Lucinius autem inuicti sibi a magistro precepti os suum
continuo silencio condemnauit Nulli so-
cionum suorum aliquantulum respondens Illi vero
putantes eum in artibus occupari aut pro magistri ab-
sencia eum mestum fore Illo quidem die alloquiis
temperauit rem quo ageret penitus ignorantes Cumque
adhuc eo in silencio permanente dies tercius alluxis-
set iamque ad fines Sicilie propinquaret verentes
ne diuturno silencio permanente immoderata tristicia vsum